

## **Summæ Theologicæ Scholasticae Et Moralis In Qvatuor Partes Distributæ Pars ...**

In qua de Virtutibus in Communi, & Theologicis, Fide, Spe & Charitate, nec  
non Virtutibus Cardinalibus, præsertim Justitia & Jure, ac Religione  
ceterisq[ue] annexis, & Vitiis Oppositis in particulari breviter & dilucidè  
tractatur

**Herincx, Wilhelm**

**Antverpiae, 1663**

Quæst. IV. Quomodo liceat revelare Crimen Proximi ad malum Proprium  
vel tertii evitandum?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72941](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72941)

minus vita proprie, quam proximi: quid-  
quid sit de fama. Ut proinde in talcum etiam  
quadrare videatur. *Solemne dictum Angu-*  
*fini I. de Civit. c. 26. urgenter & neminem*  
*spontaneam mortem sibi inferre debere, velut*  
*fugiendo molestias temporales (prout talis fa-*  
*cit) ne incideat in perpetuas. Et 19. de Civit.*  
*c. 6. Si enim secundum iurorum (Philosopho-*  
*rum scilicet Gentilium, mortem tibi in-*  
*ferri posse cententia, contra quos super-*  
*rius egreditur) sententiam delegerit ex hac vita*  
*fugere, quam diutius illa sustinere tormenta,*  
*quod non commisisti, commisisse dicit.*

Ad idem facit Hieronymus Epist. ad In-  
nocentium de malere se ipsius ita, ubi refert  
duobus falso accusatis de adulterina co-  
pula, sum pra tormentorum vi juvenis  
falso confiteretur crimen, muliere eum  
constantia superante, miserrimi juvenis  
ad primum statim item amputatum esse  
gladio caput, mulieris autem caput etiam  
septimo item amputari non potuisse. De  
isto autem praemitit: *Infelicissimus juvenis*  
*volens compendio mortis longos cruciatus vi-*  
*tare, dum in suum mentitur sanguinem, ac*  
*causavit alienum. Ubi aperte affterit, tam*  
*iniquè & perniciose mentitum esse in pro-*  
*prium sanguinem; et si præterea peccaverit*  
*accusando alienum sanguinem innocentem. Subditque verba mulieris, in tor-*  
*mentis Deum vestem invocantis, non ideo*  
*se negare velle, ne pereat, sed ideo mentiri nol-*  
*le, ne peccet.*

Dices, potest quis confiteri crimen ve-  
rum, si propter ea sit occidendum à judi-  
ce, absque eo quod censeatur sciplum oc-  
cidere, seu morti sua cooperari, ad quam  
potius censeatur se permisive habere: ergo  
similiter id confendum est in calu præten-  
ti. Respondeat Molina T. 5. d. 37. n. 18. Neg.  
Concedo quod in calu præteni per fallam  
confessionem ponatur quasi in esse, quantum  
ad justam judicis opinionem, causa deme-  
ritolia & causativa mortis ob eam infe-  
renda, at confessio criminis veri solùm sit  
conditio, sine qua non operatur mortem  
causa illius meritaria, scilicet ipsum cri-  
men commissum, cuius substantia interim  
erat quoddam gemitum contra causam  
mortis positum, sed latente.

Sed contra facit, quod etiam in calu cri-  
minis veri accusator legitimus censeatur  
citra culpam causa mortis sublequantur per  
executionem subsequentis sententia judi-  
cis, ideoque incurrat irregularitatem ob  
defectum lenitatis; ut proinde differentia  
non videatur ponenda inter confitentem  
crimen verum, & confitentem fallum,  
quantum ad rationem causæ. Quare aliter,  
Respondet utroque calu posse quo-  
dammodo conscriberem cooperari sua ne-  
ci, sed uno iustè, altero justè. Neque enim  
omnis cooperatio ad necem justè ab  
alio auctoritatem habente inferendam est  
mala, quin immo hanc licet procurare, pe-

tendo & desiderando rationabili de causa  
eam ut inferendam ab illo auctoritate pra-  
dicto: at cooperari ad mortem revera inju-  
stè inferendam innocentis nullatenus lici-  
tum est, eti per accidens excusat judec-  
tatione erroris per ipsum reum scienter  
caulati. Plura vide apud Wiggers & Lugo  
locis citatis.

Potes, an falso crimen proprium con-  
fessus teneatur adhuc sub mortali ad revo-  
cationem? Respondent Auctores opini-  
onis mox refutat Neg. si timeatur præ-  
denter renovatio tormentorum; idque non  
obstante perjurio fortassis commisso, quod  
jam transiit & poenitentia coram Deo de-  
lendum est non retractatione? At inha-  
rando jam traditæ doctrina, responden-  
dum est Affirm. quando videlicet per re-  
vocationem posset tolli aut impediri caula  
mortis iniquè posita, quam aliquo cen-  
setur voluntarie continuare. Secus, si ini-  
tiliter seu absque prædicto effectu id fieri:  
tuncenim non est amplius in potestate cau-  
sa mortis ejusque operatio. Quamvis juxta  
Molina sit consultum, fierique solitum, ut  
nihilominus in articulo mortis publicè in-  
nocentiam suam metu tormentorum falsa  
confessione perditam occidendum testare-  
tur. Quod etiam posset esse obligatorium  
in calu, quo ex falso confessione sequa-  
tur præjudicium famæ vel aliud dampnum  
aliorum. Ita Lugo sup. n. 186.

## Q U A E S T I O N E IV.

Quomodo licet revelare crimen  
proximi ad malum proprium  
vel tertii evitandum?

Dico I. Ad evadendam mortem aut  
gravia tormenta licet detegitur Ec-  
culturum alterius crimen extraconfessionalis  
demoratur & causativa mortis ob eam infe-  
renda, at confessio criminis veri solùm sit  
conditio, sine qua non operatur mortem  
causa illius meritaria, scilicet ipsum cri-  
men commissum, cuius substantia interim  
erat quoddam gemitum contra causam  
mortis positum, sed latente.

Probari solet ex Lessio c. 11. dub. 8. qui  
non tenetur quis cum tanto suo malo con-  
servare occultatione veritatis famam proxi-  
mi (id est à fortiori de bonis fortunis uti-  
nibus, & abstinere a demontrandi pecunis al-  
terius, quas apud se occultatas habet. Sed  
difficultas est, quod in præteni calu non  
tantum non servetur, sed positivè tollatur  
fama proximi, qua non nisi detectione  
criminis tolli potest.

Itaque contra Lessium facendum id qui-  
dem, sed ulterius dicendum, quod fama  
licitè tali calu tollatur, adeoque citra de-  
tractionem, sicut dum id sit adimpedi-  
endas iniquas alterius machinationes, simili-  
busve iustis de causis. Cujus anterior ratio  
est, quod in calu criminis veri & occulti  
jus ad

41.  
Conferma-  
tur ex S.  
Hieronymo.

42.  
Objec-  
tio.

Responso  
prima.

43.  
Responso  
secunda.

An tenta-  
tur iuno-  
cens falsum  
consepio-  
nem revo-  
care,

*Qu. IV. Quomodo licet revelare crimen prox. ad malis evit. 349*

47. *Stereum non tam art. & obligat.*  
jus ad famam non sit ita strictum & illimitatum, sed justis & debitis de causis juxta dictamen recte rationis tolli frequenter possit. Sic autem est similiter in praesenti. Rationabile enim omnino est, ut tam gravia mala possit quis a se avertere tali medio; intrinsecum irrationabile est, id fieri non posse. Alioquin inter pecunias & famam est disparitas, quod illae seu bona fortuna, secundum quam bona fama, originaliter communia, per divisionem sic facta sint singulorum, ut conditio primaeve quadammodo pro calu extreue necessitatibus reviviscat in ipsis; cum tamen fama alterius ipsi citra iustitiam nequeat destrui per falsi crimini impositionem.

Quantum ad violationem secreti commissi, non videtur istud acceptatum sub tam arcta obligatione, ut ne quidem tali de causa posset aperiri, sed sub obligatione moralis cuiusdam & humana illius custodie: seclusa videlicet expressiori stipulatione, aut quae ex circumstantiis merito colligi queat. Alias secundum censendum fore: si enia intentio se obligandi fuerit adeo generalis, esset consequenter obligatio observandi, utpote de re licita, & proveniens ex pacto mutuo.

*Alla limitatio.* Intelligitur autem conclusio de secreto, & consequenti commido particulari: si enim sit secretum reipublicae vel exercitus, unde pendet bonum notabile aut perniciens ipsius reipublicae, portius moriendum fore, juxta Doctores communiter.

43. *Idem censendum est si infamando similem suam immunitatem.* DICO II. Praemissa sunt licita ad evadendam mortem aut graves cruciatum, et si alteri ex detectione criminis imminaret similis mali periculum. Ita Doctores passim. Ratio est: quia non tenetur cum tanto suo incommodo occultare veritatem, cuius notitiam sine cuiusquam injurya comparavit: ei que periculo alter (qui iustum non habet causam conquerendi) committendo crimen, aut communicando secretum (nisi articulus silentium sit stipulatus) se voluntarie expoluit; praesertim quando (ut ordinari) secretum non fuit ipsi in utilitatem ejusdem communicatum.

49. *An hac locum habent, si non in iugis ex toria. Sententia affirmans probatur.* Major autem difficultas est: an praemissa locum habent in calu, quo per injuriam, v.g. vi vel fraude, cognovit quis alterius occultum crimen vel secretum?

*Injuria in contrarium.* Afferit Petrus Navarra, Lessius, & alii: quod tametsi injurya sit ab aliquo commissa in extorsione secreti, scientia tamen comparata sit in dominio illius, qui proinde jus habet illa utendi in sui defensionem. Confirmatur à simili: nam equo furtivo licet postmodum in calu necessitatis uti possim.

Sed contra facit, quod iustitia præterita non semper purgari videatur per subsequentem necessitatem; prout sit in bonis fortunæ, quæ sicut posse in necessitate extrema etiam per vim auferre, sic censetur

praesens abletio per supervenientem necessitatem purgari, quæ facit bona fortuna communia. Quia immo merito videtur alter de eo conqueri, tam quod vi & iniuriam prius secreta ejus scrutatus sit, quam quod nunc illa in ejus perniciem vertat, ut & liberet, siveque novam injuriam addat praecedenti.

Quare oppositum appetit sanctam regulam, sententia lariter aequitati consonum. Ademque tener negans præfertur. Soto, Navarrus, Molina, & alii, quorum Nonnulli expressius agunt de solo periculo vita alteri imminentem, quasi ut indicat, Molina, Navarrus, prout citat & sequitur Wingers c. 1. dub. 14. in fine dum solum est periculum in rebus fortunæ, adhuc licita est detracatio, dummodo detegens sit paratus defarcire omne damnum.

Nec displaceat regula Cardinalis de Lugo sup. n. 10. seqq. docentis tunc demum rem Regula velationem licere, quasi nimis injuria non praecessisset, quando reactus es ad talis statum, in quo propter praesentem necessitatem posse camdum noritiam quovis modo, etiam alias injuriose, v.g. interceptione litterarum &c. comparare. Ad quod utique non sufficit quævis causa me concernens, ob quam possem alioquin occultum crimen aperire (ne lata porta aperiatur inquirendi quævis methodo alienis secretis contra publicam quietem) sed quando ipse dominus secreti me vel alium innocentem iniquè vexat, aut ipse teneretur illud manifestare, aut quando id necessarium est ad bonum reipublicæ. Quibus casibus non putem facile ab aliis Doctori bus negandum id posse fieri.

DICO III. Potest quis manifestare crimen occultum proximi, quatenus hæc manifestatio est necessaria ad impedendum notabilem damnum, sive temporale sive malum proxi. quævis liceita pendens, v.g. novi Petrum esse furem, sit detellio possum monere eos quibus cohabitare ut criminis sibi caveant. Deinde possum patefacere alieni. homicidiam, si innocens est & condemnandus; immo ex charitate crimen manifestare tenetur.

Ratio est: quia potest quis se & innocentem servare indemnum per moderatam defensionem, etiam cum detrimento invisoris in vita & membris; ergo multo magis in fama & ad quam suppedita veritate criminis jus sat's limitatum possidet. Deinde quicquid habet jus proferendi in lucem, quod in sua cognitione abditum tenet, si ex illius occultatione alius malum immineat: si enim id posse ut sua, cur non ut proximi mala avertat, quem sicut se ipsum diligere debet? Unde ipse Salvator Matth. 16. & Luca 12. occultam charizæorum & perniciem hypocrisim discipulis manifestavit, quatenus sibi ab eorumdem fermento caverent. Similiter Apostolus 2. ad Timoth. 4. scribit: Alexander grarius multa

350 Disp: VII. De Injuriis in Fama & Honore, ac Restitut.

multa mihi mala ostendit; quem & tu devita.  
Sic & instrui possunt fideles, ut sibi ca-  
veant ab uno aut pluribus occulis haere-  
ticis, vel suspectam & perniciem in fide  
aut moribus doctrinam tradentibus; ut  
Christus Matib. 7. monet attendendum à  
falsis Prophetis, qui extrinsecus apparen-  
tives, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.  
Quantitas autem damni, quod timeratur,  
prudenti judicio aestimanda est, an videlicet  
hic & nunc sufficiat apriendo criminis.

<sup>52.</sup>  
Si plus  
quam nec-  
esse revere-  
tur, contra  
charitatem  
delinqui-  
tur; immo  
& contra  
justitiam.  
  
Dixi in conclusione quatenus hec mani-  
festatio est necessaria ad damnum impedi-  
endum: alioquin enim constat fore contra  
charitatem, quae requirit vitari incommo-  
dum proximi, quando convenienter potest.  
Immo & juxta Doctores communis tunc  
erit contra justitiam, sicut contra illam  
peccat occidens invalem, si eum strin-  
gendo ensim, aut leviter percutiendo la-  
tis repellere possit. In dubio, an malum  
altera via possit averti, licebit ut modo se-  
curiori, & crimen patefacere: quia causa  
innocentis in dubio est magis favorabilis,  
seu est plus ei favendum. Idem est in du-  
bio, an sit revelatio profutura: si enim con-  
staret quod non, frustra fieret criminis re-  
velatio.

<sup>53.</sup>  
objec<sup>tio</sup>  
Responso  
quorun-  
dam.  
  
Dices, non tenetur invalus ex justitia  
fugere, et si possit evadere vim inva-  
lis; quem proinde moderatè si defenden-  
do occidens vel mutilans non facit contra  
justitiam: ergo licet aliter possit malum aver-  
re, non tamen etiam injustum erit id facere  
tali via scilicet aperiendo crimen. Admittunt  
Quidam totum, quando criminolus habet  
se per modum invaloris mei aut proximi,  
retinuerit ejus. Alias admittunt & ipsi fore  
contra justitiam; v. g. si revelo alii cri-  
men alterius, ut per ipsos emendetur, quem  
ego ipse emendare possum. Verum Relp.  
Neg. Conf. quia prior habet jus in tali lo-  
co manendi (saltem seu prescipue si con-  
cusat justa honoris defensio fugam vetans)  
neque ob malitiam alterius tenetur ex ju-  
stitia cum defire, aut à jure isto rece-  
dere. Quare defendere illud & se ibi po-  
test moderatè. In casu autem consequen-  
tis potest utrovis modo malum tollere, ab-  
que eo, quod cogatur discedere à jure suo  
sibi antecedenter ad invasionem competen-  
ti: quia non videtur magis ab aliquo jure  
suo discedere, quando se per declinationem  
forti discedit, quam si per exceptionem con-  
tra testes, pandendo eorum crima occul-  
ta, si utrovis modo securè se eximere possit.

<sup>54.</sup>  
Simulatio  
innocenti  
nociva li-  
cite detegi-  
tur.  
  
Cerullaria.  
  
DICO IV. Licitum est detegere simu-  
lationem ejus, qui fictis virtutibus famam  
comparavit, quando cedit in aliorum de-  
trimentum, ad illud scilicet impediendum,  
aliás nequaquam licet. Prima pars satis  
constat ex allegatis conclusione præceden-  
ti. Unde si quis verborum vel astu com-  
paraverit nomen periti advocati vel medi-  
ei, si mihi certò constet contrarium, pote-

ro id apexire iis, quia loquuntur passuri sunt  
damnum in bonis vel corpore. Similiter  
possum manifestare pauperes simulatores, qui  
ex sua simulatione convertunt ad se elec-  
mosinas curi dementio illorum, qui vere  
pauperes sunt.

<sup>55.</sup>  
Secunda pars probatur: quia eadem vi-  
detur ratio de similibus hypocritis, quae de  
occultis criminosis. Quod confirmatur:  
quia etiā ficte virtuosus non habeat jus, ut  
positivè judicetur esse probus; habet tamen  
jus, ut non judicetur esse improbus, aut  
non virtuosus, quād diu hoc exterius non  
patet, ac nemini nocet. Adeò ut Docto-  
res passim contra *Adrianum* idcirco ex-  
stiment esse non solum contra charitatem,  
sed etiam contra justitiam (quae obligat  
non detegere, dum abest utilitas ad pro-  
prium vel proximorum bonum) detegere  
talē hypocritam, v. g. mulierculam verē  
pauperem, quae simulat pietatem, ut ob-  
tineat elemosinas. Vide *Leffium* c. II. dub.  
10, ubi tamen oppositam *Adrianī* senten-  
tiam probabilem cenlet.

<sup>56.</sup>  
Petes, an pro lucro consequendo licet  
alienum crimen pandere, v. g. si aliquot  
milleni auri promittantur? Relp. Neg.  
Nam ut lucrum etiam longè excedens fa-  
ciam, non possum alienum auferre, aut  
damnum alteri inferre: hoc enim maxi-  
mam in universo perturbationem giganteret,  
dum quisque spē amplioris lucri aliena ra-  
peret. Et sic mercator magis industrius  
posset ab aliis qualibet rapere ad suę ne-  
gotiationis lucrum exercitum.

Q U A E S T I O V .

An Publicitas Criminis excusat à  
Peccato Detractionis?

<sup>57.</sup>  
N O TA publicum, aliud esse jure tale;  
aliud factō. Illud dicitur, de quo  
constat per confessionem aut convictionem  
Rei, vel per sententiam subsecutam. Quan-  
do autem per probations aut sententiam  
condemnationis solum constat seu decla-  
ratur esse de crimen suspectus, tunc hac  
ipso suspicio est jure publica. Publicum fa-  
ctō dicitur, de quo evidenter apud non  
paucos constat esse factum, sic ut pruden-  
tis arbitrio nullā possit tergiversatione celari. Huic accedit publica præsumptio,  
quando nempe non quidem de facto, sed  
de vehementibus seu sufficientibus indicis  
sic constat. Quod factū aliis famosum vo-  
cant. Tunc autem constetur juxta *Molina*  
Tr. 4. d. 31. p. 4. res alicubi publica, adeo  
que fama in communicare amissa, quando  
ita limites secreti & occulti excedit, ut at-  
tentā qualitatē communis & hominum  
conditione moraliter sit prudentis arbitrio  
ulterius diffundenda. His notatis.

In primis publicitas juris tribuit juxta  
commu-